



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Sucquet E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Cap. 58. de affectu gratitudinis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

- Cant. 8. IESV. Pone obsecro te ut signaculum super cor meum, ut signaculum super brachium meum: fac ut qui portavi imaginem primi hominis terreni, portem imaginem caelestis. Sic enim spero ibo de virtute in virtutem, & spiritu tuo agar, ut filius tuus sim, & repleas in bonis desiderium meum, & renovetur ut aquila iuventus mea. Utinam hoc cibo refecto desipiat mihi unuci finidi solatium! Utinam huius suavitate anima mea illecta mundi huius oblectamenta vertantur in absinthium! Utinam sileat in conspectu tuo omnis terra, & totum sic occupes me, ut nullum in me reperiat locum, hostis, & tu unus sis mihi omnia in omnibus. Amen.

JACVLATORIAE.

- Pfalm. 44. O Speciose formâ pra filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. trahere me in odorem unguentorum tuorum.
- Pfal. 118. Erravi eheu! sicut ovis qui perit, quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.
- Jsaie 64. Utinam dirumperes calos, & descenderes! nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.
- Pfalm. 84. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.
- Pfalm. 124. Descende, obsecro, & veni, & reminiscere miserationum tuarum antiquarum qua à saeculo sunt, ut sequar te.
- Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum, & desideriorum mrorum.
- Cant. 2. O splendor gloria & figura substantia Patris, portans omnia verbo virtutis tuae! Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae?
- Thren. 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea exspectabo eum.
- Rom. 8. Quid me separabit à charitate tuâ, o Deus? tribulatio, angustia, an fames? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia per gratiam tuam in aeternum.

CAPVT LVIII.

De affectu Gratitude, & modo eum exercendi.

HVNC ut exerceas Primò, agnosce beneficium quasi tibi soli collatum, ctsi fortè pluribus commune.

Secundò,

Secundò, Appende autem singula ex eo quòd in singulis plurima contineantur.

Tertiò, Vide quanta tua sit indignitas.

Quartò, Quanta sit liberalissimi Domini charitas.

Quintò, ex malis contrariis, quæ aliis obveniunt, & tibi obvenire possunt, benignitatem Dei erga te extolle.

Sextò, Sic uno appenso beneficio cùm omnia connexa sint, perge ad aliorum considerationem, quæ à cælo, elementis quatuor percipis, aut in corpore, aut animâ, aut externis rebus: infinita enim Dei beneficia sunt.

Septimò, Gratum te exhibe tanto Benefactori, præstando aut offerendo te ad ea, quæ ille petit ab te, & omnes creaturas in vita, ut te ad laudandum juvent.

Affectus Gratitude breuior.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo, narrabo Psal. 137.
 omnia mirabilia tua. Mirabilis enim facta est scientia tua Psal. 138.
 ex me super misericordiâ, & veritate tuâ erga me. Vnde enim
 hoc mihi ut recorderis mei, & tot N. me præuenias benedictio-
 nibus dulcedinis, & amantissima charitatis tuæ? Adhereat Psal. 120.
 lingua mea faucibus meis, si non meminero tui in principio leti- Admiratio
 tia mea. Tu enim potentissimus, & ego vapor, & nihil, tu sapien- Psal. 136.
 tissimus, & lumen, & ego tenebræ, & ignorantia; tu bonitas
 ipsa, & iustitia mea sicut pannus menstruata, & tamē hæc mihi
 præstas, & aperis manum tuam mihi, & imple me omni bene-
 dictione. Idèd eructavit cor meum verbum bonum, & dico tibi Resignatio.
 opera mea, & totum me, ut facias de me volentem in bonis &
 malis N. in tempore, & in aternitate trado me tibi, qui tradidi- Gal. 2.
 sti temetipsum pro me. Reddo me tibi, tuus enim sum ego, vivo
 denique tibi, ut vivas in me, & ibi moriar, & diligam te toto
 corde meo. Amen.

Affectus gratiarum actionis.

Humilia-
tio sui.

Præsentia
Dei.
Psal. 102.

Deus præ-
servat a
malis.
Psal. 39.

Ephes. 5.

Electio &
conserua-
tio Dei
gratuita.
Iaiæ 49.

O Domine Deus meus, o bonitas infinita, quis ego sum homo miser, & miserabilis, ut memor sis mei? immo verò vermis sum ego, & non homo, opprobrium merito hominum, & abiectio plebis; & dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, & vel semel respicere de summo calorum; immo hinc adesse mihi, & adstare, & largiri dona hæc N. tua? Benedic anima mea Domino, & omnia qua intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones eius. Quid retribuam tibi, Domine, pro omnibus qua retribuisti mihi, & pro hoc N. nominatim, quodq; toleres me stare in conspectu tuo, & oculi tui in omni loco contemplantur me, ut sub umbra alarum suarum protegas me, ut i benignissime facis? Quanta enim & quam innumera mala me circumstant! scio & aures tuas intentas ad deprecationem meam, qua tamen qualis sit, & à quo nouisti dulcissime IESV, quem presentem amplector, & amo toto corde quantum possum.

Et unde queso hoc mihi, amantissime Domine mi, ut tu in splendoribus Sanctorum memineris mei, & tenebrarum mearum? Eramus enim aliquando tenebra, nunc autem spero lux in te Domine. Vtinam ergo luceam tibi cum iucunditate, & sic luceant opera mea coram hominibus, ut glorificent te Patrem nostrum, qui in calis! sed unde, obsecro, Rex regum, & Dominus dominantium, unde hoc mihi, ut in gloria tua, & latitia, memineris lacrymarum mearum, & recorderis mei, quasi guttula in vasto mari, & arenula in universo hoc? Et hæc N. mihi tribuas, cum tot millium obliviscaris, id est, perire eos sinas, & me, me (quis, obsecro, quis ego sum) me eximas de pereuntium numero. & ames? tunc Deus meus infinita bonitas, de ventre matris meae recordatus es nominis mei, & dignatus es esse protector, & susceptor meus? & ego oblivisci tui aliquando poterò, aut legis tuae, quã me te amare iubes? & non cantare in aeternum misericordias tuas?

Si oblitus fuero tui, IESV dulcissime, quem amo, & amplector, oblivioni detur dextera mea, & adhereat lingua mea faucibus

cibus meis si non meminero tui. Quis enim sum ego, & quæ domus Patris mei, ut vnum me eligas, & innumeros relinquant me inquam, vermiculum unum, arenulam, guttulam unam, vel atomum in magno hoc universo, quod tamen est coram te inflar gutta roris antelucani. Vnde inueni hanc gratiam in oculis tuis? scilicet ostendere vis divitias misericordie tue in me. O altitudo divitiarum sapientie, & scientie Dei mei! ô abyssus misericordie, qui me tot bonis cumulas, undique circumdas, ut ab infinitis prope malis præservas! & quorsum hæc? scilicet ut gratus tibi sim, & erudiar ad amorem abs te, & provoces me, ut pia mater ad amplexus, denique ut adhaream tibi omni bono, & bene atque optimè mihi sit in te. quod vehementer opto, sed non nisi propter te, in quo vivo, moveor, & sum, & ero gratia tuâ in æternum. Tu enim in manibus tuis portas me, ne fortè offendam ad lapidem pedem meum.

Et hæc præstas quamvis iniurius tibi fuerim, & quotidie multis peccatis contristem spiritum tuum, ego inquam pulvis, & cinis, & vapor ad modicum parens, & nihil. ô quam doleo ex amore tui quod unquam id fecerim, aut facere cogitarim! ô utinam saltem ex hoc nunc in æternum tot bonis provocatus à te, non declinem à mandatis tuis, non derelinquam te fontem aquæ vivæ! sed eheu! nescio, nescio quid serus vesper vehat; & audio, Qui stat videat ne cadat: & post hæc omnia dona tua horresco, dum cogito, quod ecce Domine mi, nisi tu adjuvares me, etiam hoc momento calcarem te, & rursus crucifigerem te mihi, pro tot scilicet donis tuis. Quod enim est peccatum quod facit homo, quod non facerem ego sine te, & obliviscerer Amoris, et infinite charitatis tuæ? Quas ergo gratias tibi referam? Venite et audite Angeli Dei, et sancti eius, qui me intuemini, et hæc auditis clamantem, et suspirantem in valle lacrymarum, vel in naufrago mari inter mille scopulos luctantem, inter hostium myriades inermem, et fragillimum constitutum. Venite, et audite quàm suavis sit mihi Dominus, vos qui gustatis et videtis. Venite, et audite, et narrabo vobis, qui timetis et amatis Deum, quanta fecerit anima mea.

Misericordias tuas Domine in æternum cantabo, in genera-

Sap. 18.

Rom. 11.

Contritio.
Iacob. 4.

Humiliatio.

Aug.

Psal 33.

i. Reg. 24.

tione & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quid enim, quaeso, inuenisti in me, cur praeter ceteris me beatum esse velles. & me, me hisce donis tuis N. cumulares canem mortuum. & pulicem unum? ecce vis divina consortem facere naturam, & regni tui, cuius non erit finis. Benedicam itaque te Domine in omni tempore, semper laus tua erit in corde, & in ore meo: quia eripuisti animam meam de morte, & pedes meos à lapsu, &

Psalm. 144.

de manu canis unicum meam. Exaltabo te Deus meus Rex, et benedicam nomini tuo in saeculum, et in saeculum saeculi. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in saeculum, & in saeculum saeculi. In omnibus, & de omnibus benedicam tibi, ut ingratitude mea non arefaciat fluentia misericordiae tuae, quae fluunt, & assuunt in me tanto impetu charitatis de Libano, & fonte bonitatis tuae. Utinam fluant de ventre meo flumina aquae

Leo de Ie-
junio, scr. I.

vivae, quibus irrigetur universa creatura, & confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sancti tui benedicant tibi. In his igitur, & pro omnibus, quae fecisti mihi gratias ago; nam non per omnia tibi gratias agere, quid est aliud, quam quadam te parte reprehendere, sicut dives, qui non tam magnitudine fructuum sibi gratulatur, quam de vilitate conqueritur. Et si centuplum, in d. millicuplum dedisti, & unum negaveris mihi pro a-

Resigna-
tio.

ternam sapientiam tuam, o medice, & salus animae meae, numquid oculus meus nequam erit, quia tu bonus es? & obliviscar bonitatis tuae, quia praeteritis donis non aducis quod optabam? ego, inquam, cecus, & infirmus, & miser, & miserabilis, nescius quid expediat saluti meae, & gloriae tuae. Tu vero pro sapientia,

Apoc. 3.

& clementiam tuam disponis omnia, et misericorditer multa negas, quae iratus concedis improbis filiis tuis. Sic filiis Israel carnes dedisti, & adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira tua ascendit super eos. Sive igitur mihi petita neges, sive tribuas haec vel illa N. semper tibi gratias agam, & ago pro bonis & malis praeteritis, praesentibus, et futuris. Pater optime, tu scio, quem diligis

Psalm. 77.

castigas, et flagellas omnem filium quem recipis. Noli, obsecro, reprobare me à pueris tuis. Servus enim tuus sum ego, et filius ancillae tuae. Et cur non tibi Domino prudentissimo, et optimo Patri permittemus tuas, ut opes dispartiaris arbitratu

bitratu

bitratu tuo? Si quid tribuas, gratos nos esse oportet: si quid item
 neget, confidere bonitati tuae, & acquiescere sanctissima volun-
 tati tuae: ita volo, ita facio per gratiam tuam. Si enim bona de
 manu tuâ accepimus, mala quare non accipiamus? accipio, acci-
 pio, & te amo totâ animâ meâ, & mente meâ, & licet occideris
 me, in te sperabo. Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi
 Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
 Dicite laudem Deo nostro omnes servi eius, & qui timetis eum
 pusilli & magni. & ô utinam, Domine, complacet tibi laus
 mea, & speciosa sit hac in ore meo! utinam sic vitam instituan
 meam, ut omnes videant opera meâ bona, & glorificent te qui
 in caelis es! opto omnium Sanctorum, & Angelorum, & beatis-
 sima matris tuae laudes offerre tibi ex hoc nunc & in aeternum.
 Sed enim te cognovi pulcritudo tam antiqua, tam nova; bo-
 nitas inexhausta, & incomprehensibilis charitas. Atque utinam
 possem creaturam omnem & arenam & guttas, & atomos in
 Sanctorum, & Angelorum choros convertere, & laudarent te
 pro me, pro omnibus quæ retribuisti mihi, ex die quo conceptus
 fui, & in hanc aetatem perductus sum. Recogitabo tibi omnes an-
 nos meos, & dona tua in dulcedine animæ meæ. Nullum enim
 fuit momentum, quo non innumera mihi impendentia mala
 averteris, & dona concesseris, & quod caput est, in singulis pro-
 pe donis universa: ut enim uno dono fruatur, tu infinita propè mi-
 hi, & aliis tribuis, ut hoc uno mihi liceat frui. v.g. ut frusto panis
 pascat, cælorum motus, & influentias, & elementorum inter se
 pugnantium consensum, & causarum atque hominum series, à
 te facta, & servata fuit, ut paratus mihi esset cibus in tempore
 opportuno. Ordinatione enim tuâ serviunt mihi. audeo am-
 plius, in his omnibus tu qui es, et operaris omnia, nonne tu quasi
 servus mihi in his Deus cordis mei et omnia?

Revela quæso oculos meos, ut considerem mirabilia de lege, et
 charitate tuâ. Aperi quæso omnium oculos, ut tibi Regi cælorum,
 & immortalis soli honor, et gloria ab omnibus tribuatur. No-
 lite, quæso, filii hominum diligere vanitatem, et querere men-
 dacium. Nolite dicere, manus nostra, et non Dominus, fecit hæc
 omnia, nolite tribuere laternæ lumen, scriptionem calamo, ima-
 ginem

Basil. hom.
 3. de Mart.

Psal. 133.

Apoc. 19.

Isaia 38.

In uno do-
 no Dei plu-
 rima sunt.

Psal. 118.

Soli Deo
 gloria tri-
 buenda.

1. Tim. 1.

ginem

Psal. 102.

ginem celo, panem aratro, &c. Audite, audite: ipse fecit nos, & non ipsi nos, omnia in nobis ipse operatus est, non tamen sine nobis & sine ipso factum est nihil. Benedic ergo anima mea, Domino, & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones eius: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus: qui replet in bonis desiderium tuum, & renovabitur, ut Aquila iuventus tua. Ecce enim venit dilectus tuus saliens in montibus, transiliens colles. Surge igitur o anima mea, & aperi dilecto tuo, ut benedicat tibi anima eius, & expleat omne desiderium tuum. Quod verò desiderium hoc meum? tu nosti, tu unus es, IESU benignissime. Quemadmodum enim desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad te Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam: ecce nunc cantamus canticum tuum in terrâ alienâ: quando dabitur, ut in conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor magno nomini tuo? Magnus enim es Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis tua non est finis. Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabit, magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt, & virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suavitatis eructabunt, & iustitiâ tuâ exultabunt. Miserator, & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Suavis Dominus universis, & miserationes eius super omnia opera eius. Constituteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Lauda anima mea Dominum. Laudabo Dominum in vitâ mea, Psallam Deo meo, quamdiu fuero. Amen.

Applicatio
ad S. Communionem.
Cant. 2.

Psal. 41.

Psalm. 41. Sitivit anima mea ad te Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam: ecce nunc cantamus canticum tuum in terrâ alienâ: quando dabitur, ut in conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor magno nomini tuo? Magnus enim es Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis tua non est finis. Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabit, magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt, & virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suavitatis eructabunt, & iustitiâ tuâ exultabunt. Miserator, & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Suavis Dominus universis, & miserationes eius super omnia opera eius. Constituteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Lauda anima mea Dominum. Laudabo Dominum in vitâ mea, Psallam Deo meo, quamdiu fuero. Amen.

Psal. 137.

Psal. 144.

Psalm. 137. Sitivit anima mea ad te Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam: ecce nunc cantamus canticum tuum in terrâ alienâ: quando dabitur, ut in conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor magno nomini tuo? Magnus enim es Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis tua non est finis. Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabit, magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt, & virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suavitatis eructabunt, & iustitiâ tuâ exultabunt. Miserator, & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Suavis Dominus universis, & miserationes eius super omnia opera eius. Constituteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Lauda anima mea Dominum. Laudabo Dominum in vitâ mea, Psallam Deo meo, quamdiu fuero. Amen.

Psal. 145.

Psalm. 145. Sitivit anima mea ad te Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam: ecce nunc cantamus canticum tuum in terrâ alienâ: quando dabitur, ut in conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor magno nomini tuo? Magnus enim es Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis tua non est finis. Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabit, magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt, & virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suavitatis eructabunt, & iustitiâ tuâ exultabunt. Miserator, & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Suavis Dominus universis, & miserationes eius super omnia opera eius. Constituteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Lauda anima mea Dominum. Laudabo Dominum in vitâ mea, Psallam Deo meo, quamdiu fuero. Amen.

Tob. 12.

IACVLATORIAE,
Benedicimus Deum caeli, & coram omnibus viventibus confitemur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Psal. 117.

Psal. 50.

Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi: calicem salutaris accipiam, & ecce tibi o Iesu cor contritum & humiliatum quod tu non despicies.

Benedic

Benedic anima mea Dominum, & noli oblivisci omnes retributiones ejus: qui redimit de interitu vitam tuam qui coronat te in misericordia & miserationibus. Psalm. 102.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, totâ die magnitudinem tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Psalm. 70.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manè misericordiam tuam, quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meae. Psalm. 58.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atrius domus Domini, in medio tui Hierusalem. Psalm. 115.

Quam bonus Israel Deus hu qui recto sunt corde! quoniam magnificata est super calos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua. Psalm. 72.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum, confitebor nomini tuo, fac de me secundum beneplacitum tuum. Eccli. 51.

Venite & audite omnes qui timetis Deum, & narrabo vobis, quanta fecit anima mea. Anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi. Psalm. 65.

C A P V T L I X.

De Affectu Gaudii Spiritualis, & modo eum exercendi.

EST gaudere primo de Deo, & de perfectionibus illius, potentiâ, sapientiâ, bonitate, quæ illi intrinseca sunt.

Secundo de extrinsecis bonis ejus.

Tertiò de bonis quæ anima cum Deo habet, & à Deo fonte, omnis boni consequitur, veniam peccatorum, gratiam, & gloriam, &c.

Quartò respuere omne creatum bonum, tamquam inimicum veræ lætitiæ, & gaudii.

Quintò rogare Dominum, ut gaudium nobis concedat & confirmet.

Exer-